



**Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei  
Praecepta Pars ...**

Tractatus I. Prooemialis De Principiis communibus Doctrinæ Moralis,  
Conscientia, Actu Humano, Et Peccato In Genere

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Sectio I. Peccata interna, externa, seu cordis, oris & operis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59488](#)

Tanner. hic disp. 4. q. 8. dub. I. Et hinc peccata alia interna, alia externa dicuntur.

## SECTIO I.

*Peccata interna, & externa, seu Cordis,  
Oris, & Operis.*

### SUMMARIUM.

6. *Divisio peccati in cordis, oris, & operis, ut in specie*
7. *ut in gradus distinctos.*
8. *Qualis ordinariè sit processus practicus ad peccatum  
ternum*
9. *Cogitationes, & imaginationes, rerum malorum se  
cundum se indifferentes sunt: facta autem voluntate  
ria, bona vel mala esse possunt.*

**D**ivisio hæc tradita à D. Hieron. in Ezech.  
43. dicente: *Aut enim cogitationibus, au  
sermone, aut opere peccamus: duobus modis in  
telligi, & explicari potest, tanquam in species, &  
tanquam in gradus tantum.*

### §. I.

*Peccata cordis, oris, & operis, ut specie  
diversæ.*

**P**eccata cordis, seu interna universaliter di-  
cuntur, quæ fiunt, & consummantur (quæ in  
corde) in potentiis internis, utpore voluntate,  
intellectu, phantasia, appetitu sensitivo: Ut o-  
dium DEI, & Proximi, hæresis, superbia, avari-  
tia, invidia, delectatio morosa. Peccata Oris di-  
cuntur, quæ supposito voluntario interno, con-  
summantur solo sermone, vel prolatione verbo-  
rum: ut blasphemia, perjurium, maledictum,

mendacium, &c. Peccata operis dicuntur, quæ  
supposito voluntario interno consummantur ope-  
re externo, seu per exercitium potentiarum, ac  
membrorum externalorum: ut furtum, homici-  
dium, fornicatio, &c.

## §. II.

Peccata Cordis, Oris, & Operis ne gradus  
distincti.

**U**T sensus sit: peccata aliqua sunt, quæ incipi-  
unt cordis cogitatione: incrementa capiunt  
in sermone: & complentur seu consummantur  
opere vel factō externō, ut fieri constat in fornicati-  
onē, homicidio, &c. Alius sensus esse potest,  
respectu diversorum peccantium in simili genere  
peccati: v. g. Unus delectatur corde tantum in  
cogitatione fornicationis, nolens loqui, aut fa-  
cere turpia. Alius delectatur, & loquitur. Ter-  
tius delectatur, & loquitur, & consummat opus.  
De Peccatis externalis seu oris, & operis in genere,  
slibil hic speciale dicendum superest: multa verò  
de peccatis internis seu cordis, multa per omnem  
modum & multum difficultia; interim tamen sci-  
enti summè necessaria, quia in praxi frequentissima,  
comfortare, conabor explicare ad captum tuum.

## §. III.

## Processus practicus ad peccatum internum

**O**Rdinariè talis est. I. Ex sensibus externalis vel  
alia causa excusante, fit imaginatio rei dele-  
tabilis vel contrarie in phantasia: atque ob natu-

Hh 2

ta-

ralem ac intimam connexionem potentiarum, flos  
tim de eadem re sit cognitio, vel cogitatio in in-  
tellectu; prius secundum rationem inferiorum,  
ut res delectabilis, vel contraria est: deinde secun-  
dum rationem superiorem, ut quid malum fu-  
peccatum est, contra rectam rationem vel legem  
DEL. II. Ex imaginatione phantasie sequuntur  
aliquis motus amoris, vel odii; delectationis vel  
tristitiae, aut irae in appetitu sensitivo; & ob dictam  
connexionem potentiarum, statim sit similis mo-  
tus in ipsa voluntate, III. Voluntas consentit  
ali quandoquidem consensu efficaci in ipsum o-  
pus, v.g. vindictam, copulam, &c. & dicitur  
propositum, vel Desiderium. IV. Ali quando  
verò consentit consensu solùm inefficaci, & sim-  
plici complacentia in ipsum tantum motum de-  
lectationis, irae, &c. & dicitur delectatio moralis.  
Hæc ergo quatuor accuratè distinguenda, & ex-  
plicanda sunt, 1. Cogitatio, & imaginatio.  
Motus internus. 3. Propositum vel desiderium,  
seu consensus in opus. 4. Delectatio moralis,  
seu consensus in motum tantum. Primum non  
iam habet difficultatem. De aliis tribus, distinctis  
Sectionibus sequentibus agemus.

## §. IV.

*Cognitiones, & Imaginations malorum  
verarum*

**E**Tiam pessimarum, secundum se sunt omni-  
es, non naturales & indiferentes, ac manent te-  
les, quæcunq; sunt involuntariaz, factæ autem vo-  
luntariaz.

luntariæ per imperium vel consensum voluntatis, posunt esse tam bonæ, quam malæ. Nam 1. si assumantur ad bonum finem, v. g. studendi, docendi, dolandi, &c. erunt bonæ, & meritoriae. 2. si assumantur vel permittantur ad malum finem, utpote operationem malam, vel delectationem in honestam, erunt malæ mortaliter, pro ratione materiae. 3. Si assumantur vel permittantur sine ullo bono fine ex sola curiositate vel levitate, erunt malæ venialiter, & otiosæ. 4. Cogitationes tamen, & imaginationes de rebus obscenis, practicè loquendo ferè semper sunt malæ mortaliter, si voluntariè, & morosè fiant, cum aliquæ saltē speculativa delectatione, ut infra dicam ex professo. num. 29.

## SECTIO II.

### Motus ad malum qualiter Peccata.

#### SUMMARIUM.

1. Motus, seu passiones in homine excitatae, aliae sunt naturales, aliae sensuales, aliae rationales.
2. Motus primò primi ante omnem advertendiam vel deliberationem rationis superioris nullo modo peccata sunt.
3. Motus vero secundò primi, veniales tantum.
4. Motus autem deliberatè admissi, vel quesiti, in materia mortali, mortales sunt.
5. Sicut & pure permitti; nisi voluntas saltē simplicem nolleitatem vel displicientiam elicitat.
6. Habito autem tali actu contrario nolleitatis vel displacecentie simplicis, non tenetur voluntas positivè resistere sub mortali;
7. Sed ordinariè saltē: sub veniali.
8. Applicatio practica.

Hh 3

Mo-